



**Het Paradys Der Gheestelycke en Kerckelycke  
Lof-Sangen, Op de principaelste Feest-daghen des  
gheheelen Jaers**

**Afhakker, Aegidius**

**T'Antwerpen, 1638**

Psalmvs 126.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55104](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-55104)

## P S A L M V S 121.

**L**Ætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.

Ierusalem quæ ædificatur ut civitas: cuius participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini.

Quia illic federunt sedes in judicio: sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsivi bona tibi. Gloria Patri, & Filio.

## P S A L M V S 126.

**N**isi Dominus ædificaverit domum: in vanum laboraverunt, qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surge te postquam federitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.

Sicut

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excusorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis tuis in porta. Gloria Patri, & Filio.

PSALMVS 147.

**L**AUDA Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emitteret verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: justitias & judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: & judicia sua non manifestavit eis. Gloria Patri, & Filio.

AD COMPLETORIVM.

**C**onverte nos Deus salutaris noster.

**R**esp. Et ayerte iram tuam à nobis.

**V**ers. Deus in adjutorium meum intende.

*Reſp.*